confessione, invocatione, et fruitionis Ecclesiæ, quacunq; possumus edificatione, et propagatione sub uno capite Jesu Christo, vobis et omnibus aliunde veris haeredibus unanimiter connumerari cupimus. In hac communione dum licet nobis conservare, per Dominum faciemus debita nostræ vocationis officia, legemusq; candide de ea spe quæ sustentat animos nostros iuxta doctrinam divinitus traditam, et pernicioses errores nostros pro nostra parua facultate tum docte, tum sacris reputabimus, quo loco commoremur non magnopere laborantes. Hoc animi nostri propositum ut scio esse Deo sic eum supplex obtestor per Filium Mediatorem, ut meum timidiorem animum stabiliat et confirmet faciens me vas misericordiæ non inutile discentibus. Amen. Tuam piissimam Coniugem, liberos, familiam, cognatos meos et notos benigne meis verbis salutato. Si me vis magno beneficio demereri, da negotium alicui sperto (quam tibi nolim molestus esse) ut emat mihi graeca Biblia elegantia impressa, aqq; comprigenda curet dum a nundinis redeunt amici, argentum dabit Johannes Le Blod nomine filij, nisi mauis ab eo sumere, quem ex istinc (ut arbitror) profecturum missurus. Vale Argentinæ 27. Martij. 1560.

Vester Johannes Molanus.

Nr. 56)

[Bernero]

Pax Christi.

M. Maurino Leontio S.m.D.

Eruditorum virorum D. Hermanni Bruschij recordor veteris amici et quasi parentis mei quod sane filij intuitu sæpe mihi accidit, orationes ago Deo et me felicem deputo qui cum tali viro necessitudine habuerim et quasi fraternam connunctionem. Neq; dubitare debetis vel eum vel eum ter fortissima quin mihi filium observandi fratris tam cara sit et vobis ipsis esse possit. Eius studia ad iam progressum fortiuntur hactenus: spero fore per gratiam Seruatoris ut Ecclesia sentiat Bruschium sibi in filio renatum esse. Religionis hic status confusus est, sed ea res nihil incommodat meis familiaribus, quos expedit veram de Deo doctrinam et fundamenta syncerae religionis tantisper ab uno discere donec extemporis mora et Christi spiritu corroborentur. Proinde nolim de hac re vos laborare, dum mihi sana mens erit, nullis cultibus quisq; aderit meorum qui non sint sanæ doctrinæ conformes. Qui Scholas hic regunt ornati viri sunt, neq; quenq; hic habemus, qui vim illam nostræ fidei asserri aut libertati manum iniici patiatur. Quotidie experior (quod quidem ad res temporarias attinet) quantum diuersa pericula possint, nondum tamen me illa excepit paenitudo huius vocationis, ut qui mihi met ipsi persuasi tandem, Domino bene placito solicitudinem meam quantula est metiri; quam autem sit satis intelligam, quam fragile sit hoc figmentum nostrum, non debeo macerari si quid præsentis vitæ commoditatibus decedat. Ducti nuper meis moribus et familiæ idoneam, ea mihi inter aerumnas non mediocre subsidium præstat. Mor-

[=Mscr. A-11: Nr. 196]

Mordebant quidam lepidi quod tam puellam, sed mihi duxi, et quidem annuente Domino, cui certo scio meam familiam curae esse. Vale cum beata Vidua et cū tuo ingenio, cum liberis, cum fratribus cum Ecclesia. Dic quaeso ex me salutem Reverendo Domino Conradino & Christiano Nicolao Gardin Johanni le Blond & uxoribus, & reliquis meorum puerorum parentibus, quibus singulatim nunc scribere nō possum. Argentinae 17 Aprilis. 1560.

fol. 34 [47]

Johannes Sturmius.

D. Aegidio Berio Francofurti.

Nr. 57]

Pax Christi.

Venit ad nos puer 28 Aprilis 1560. ingenio bono est nec vidimus tua commendatione. Idem et Blondelli filius duo pueri ingenio mitissimo, mentis alteri admodum celeri, uterq; est illaesi ingenio, uterq; alteri pro vicissitudine par futurus. Nos dabimus operam ne quid ei desit vel ad mundum victum, vel ad liberalem institutionem. Colligere se iam hic coepit aliquis modus iuvenis praeceptor nobilium, qua mihi significatio quaedam videtur messis uberioris. Si quid laborando confici potest, nihil dissugiemus, quod modo momenti aliquid allaturum videatur. Vestrum erit senem parvis adhuc rebus et bene ominari. Meā illam minus stomachosam epistolam cuius me nunc pudet priorē illam obiurgabis, ne meae bilis fumus nauseam moveant aliquā tuo deinceps candori. Quam ego stomachari non tam constitueram, quam apud eum querelas effundere, cui me non dubitabam et meā curae esse. Sed excusabit illa vi promerita est, ut discat hic ἀεὶ ὑποκοριστικὸς homunculus nec ἀκόλαστος nec ἄδικος esse. Biblia accepi a vobis qualia volebam, habeo gratiam pro beneficio. Quod si quando iusserit aliquid in vis legenti ad invocationem animus excitabitur ubi ego et te mi frater et priam contingem et carnor liberos tuos filio Dei commendans (quanq; id ipsum vile pretium est) tamē quantulum erit cumque erato certe animo admetiar. et ex tuo te officio meo more beabo. Exemplar mei carminis abortivi vellem mansisset potuisses. nō est meum male precari cuiq;, neq; adeo exacerbescere, in sinu dolco illam mihi iniuriam ab amico factam esse, scripseram ante duos menses carmen ἐυχαριστικὸν ad Filium Dei qui factus est victima, id eram Esaiae versibus congruenter in psalter additurus, nunc ita commotus sum ut et calamos cultros, et ipsum scriptorem qui me multum torquendo id modo assequutus sum, ut videar in dolio singularem artem didicisse. Sed ista valeant. Nihil mirum de nihilo fuit quod de D. Philippo scripseras. Gaudem enim fato concessit vir unus in primis restaurandae doctrinae et concilliandis Ecclesiae dissidijs natus, quem a suis prene constitutu, si qua deinde posteritas futura est venerabitur, et praestantissimis Ecclesiae patribus adnumerabit. Vale 1560.

Nr. 1977

discrepantem

1

ἀκόλαστος